Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

πλῷ ἐμπορικοῦ στόλου, δι' οἵου δήποτε πλοίου ἐξοπλισμένου ἢ μή, καταβάλλων κατὰ τὰ διατεταγμένα, προκειμένου περὶ μὴ ἐξοπλισμένου πλοίου. 1310, Αὐγούστου 22.

Fo 24to Millesimo trecentesimo x, die xxii Augusti.

Quod quicumque est, uel fuerit ad mercatum in Creta, uel a Creta ultra, et etiam a Creta citra per muduam presentem, possit uenire Venetias quandocumque sibi placuerit, cum omnibus mercemoniis, cum quocumque nauigio uoluerit tam armato quam disarmato, soluendo tamen, secundum ordines navigii disarmati, si uenerint cum nauigio disarmato, et si consilium uel capitulare est contra sit reuocatum.

Ego Marinus Fuscarenus consiliarius manu mea subscripsi
Ego Gabriel Venerio consiliarius manu mea subscripsi
Ego Philippus Bardadico consiliarius manu mea subscripsi
Ego Joaninus Calderarius predictum consilium cancellavi.

19

Ἀπονέμεται χάρις πρὸς τὸν Νικόλαον Σωράντζον, δι' ἧς ἀπαλάσσεται τῆς ποινῆς 4 γροσίων δι' ἕκαστον σταρὰ σίτου, εἰς τὸ ὁποῖον κατεδικάσθη ὑπὸ τῶν κυρίων προνοητῶν ἐπὶ τοῦ σίτου, διότι μετέφερε σῖτον δι' ἄλλου πλοίου, καὶ οὐχὶ διὰ τοῦ ἰδιοκτήτου, ὡς ἀνέλαβεν ὑποχρέωσιν, πεπληρωμένου ὑπὲρ τὰ τρία τέταρτα. Τοῦ προστίμου τούτου ἀπηλλάγη διότι μετέφερεν εἰς Βενετίαν δι' ἄλλου μὲν πλοίου μουτζούρια 22.000, διὰ δὲ τοῦ τοῦ Κατερίνου Ρουτζίνη 3.800 καὶ ὑπεσχέθη νὰ μεταφέρῃ τὸ καθυστεροῦν ὑπόλοιπον μέχρι τῶν μέσων τοῦ μηνὸς Ὀκτωβρίου. 1310, Σεπτεμβρίου 10.

Fo 25r Millesimo trecentesimo x, die x Septembris.

Item cum ser Nicolaus Superantio et sua societas misisset quamdam suam nauim in Cretam causa adducendi frumentum Venecias, et de hoc dederit plezariam officialibus de frumento de facere conduci dictam nauim caricatam frumento usque ad tres partes dicte nauis, et uolens adimplere quod tenebatur, misit suum socium in Cretam, unde per xxx dies ante discessum dicte nauis posset uenire Venecias, ac tamen fecit, quod recuperavit et misit cum alio nauilio mensuras $\frac{M}{XXII}$ de suis denariis emptas, uel circa, et insuper $\frac{M}{III}$ $\frac{C}{VIII}$ designatas per Catarinum Ruzinum; sed quia non fecit conduci cum dicta naui, domini provisores uolunt sibi accipere grossos iv pro quolibet stario; capta fuit pars, quod fiat gratia dicto ser Nicolao Superantio, quod absoluatur a pena grossorum iv pro quolibet stario frumenti, in quam dicitur incurisse per dominos provisores, cum dictum frumentum fecisset conduci Venecias, licet cum alio nauilio plusquam tres partes, quod non tenebatur ad ordines et de residuo quod restaret, se obligat facere adduci Venecias, discendendo de loco, ubi caricabit ipsum hinc ad medietatem mensis Octobris proximi, sub penis grossorum iv pro quolibet stario.

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ